

Tercius

De hereditatibus

Incipit liber tercius. Rubrica.
De hereditatibus q̄ ab intestato deferuntur

Continuatione istius rubricae patet in hunc modum. Si dicitur q̄ hereditas quicquid acquiritur nobis ex testamento: quicquid ab intestato. hoc dicitur est supra qualiter nobis acquiritur hereditates ex testamento. ubi hic intendit tractare qualiter nobis deferantur hereditates ab intestato. et ideo de hoc dicitur annectit rubricam de hereditate. et dicitur. Intestatus est. Ad maiorem evidenciam istius tituli dividat totum in primo et principaliter in duas partes principales. In quarum prima parte determinat iustitiam qualiter liberi tempore mortis in parte parentum existentes ad successionem pertinent. per litteras. et vocatur in secunda parte determinat qualiter liberi emancipati qui iuri civili penitus erant incogniti: et a beneficio successionis exclusi de iure pretorio ad successionem pertinent ab intestato admittuntur. prima pars durat usque ad illud. §. Emancipati autem liberi. ibi incipit secunda et durat usque in fine tituli. In prima parte ita procedit: primo determinat quis intelligitur decedere intestatus. secundo determinat ad quos pertineat hereditas intestatorum. tertio determinat qui sunt sui heredes et qualiter succedunt sui heredes. et ad hoc declarandum diversos casus subicit. quarto ponit duos casus speciales circa suos heredes qui quidam duo casus penitus videntur contra regulam superius positam traditam suis heredibus. quinto determinat qualiter sui heredes in gradu dispersos pariter tamen ad successionem parentum ab intestato vocantur. vi. et ultimo determinat quo tempore queritur an aliquis existat sui heres et in hoc subdividit primam partem principalis in. vi. particulas. quarum prima durat usque ad illud. §. Intestatorum. ibi incipit secunda et durat usque ad illud. §. Sui autem heredes. ibi tertia et durat usque ad illud. §. Cum interdictum autem. ibi quarta et durat usque ad il-

lum. §. Filius filiae. ibi quinta et durat usque ad illud. §. Cum autem queritur. ibi. vi. et ultima et durat usque ad secundam partem principalis videlicet usque ad illud. §. Emancipati. Potest igitur sic casus. in prima parte domine iustitiae videri deo quod vos vultis tractare de hereditatibus que deferuntur ab intestato. pro deo si placet vobis dicatis mihi quod intelligitur decedere intestatus. Ad hoc respondet intestatus decedere intelligitur ille qui aut nullo modo fecit testamentum aut de facto quidem fecit testamentum non tamen de iure. utpote quod iuris solennitate caruit vel testamenti factionem non habuit. aut testamentum quod iuris fecerat arrogatione ruptum fuit vel capitis diminutione irritum factum est: aut si ex testamento solenniter facto nullus heres extiterit. omnibus enim hijs modis intelligitur intestatus decedere. et hec dicitur in prima particula prime partis principalis usque ad illud. §. Intestatorum. hic incipit secunda particula in qua sic ponitur. Domine iustitiae video quis intelligitur decedere intestatus: dicatis modo mihi si placet ad quos intestatorum hereditas pertinet. Ad hoc respondet amice: hereditas intestatorum ex. l. iij. ta. primam pertinet ad suos heredes et hec dicitur in secunda parte usque ad illud. §.

Sui autem heredes. hic incipit tertia particula in qua sic ponitur. ca. domine vos dixistis mihi supra quod hereditas intestatorum pertinet ad suos heredes. Ad hoc respondet amice. sui heredes intelliguntur qui in parte mortis sunt de cuius hereditate tractatur veluti filius filiae. nepos et neptis. et descendentes ex filio nepos neptis. et per masculinam lineam directo descendentes: nec iterum est quo ad hoc ut sui heredes censeantur utrum sint naturales liberi an adoptivi. nam adoptivi liberi in tempore mortis in potestate patris existentes sui heredes intelliguntur. et non solum supradicti ex binis matrimonijs existentes precreati dicitur sui heredes. et etiam necesse est eos inter suos heredes connumerari qui ab intestato non erant in potestate penitus utpote naturales qui

b